

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 863

**Auteur(s)** : Guillaume de Tournebu, Bayeux (doyen chapitre cathédral)

**Auteur(s)** : Bayeux (chapitre cathédral)

**Bénéficiaire(s)** : Bayeux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1151-1163]

**Lieu d'émission** : Bayeux

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Guillaume de Tournebu, doyen de Bayeux, obtient de l'évêque Philippe de Harcourt réparation d'une injustice faite au chapitre à l'occasion d'un fief, situé près d'Isigny, donné au chapitre par Alexandre, fils de Téold, et partiellement occupé par Simon de Tournebu.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° LXXI, t. 1, p. 89-90.

## Dissertation critique

Guillaume de Tournebu apparaît comme doyen de Bayeux, vers 1153 et la dernière apparition de son prédécesseur Richard de Bohon comme doyen est en novembre 1151 ; épiscopat de Philippe de Harcourt, 1142-1163.

Texte établi d'après a

Guillelmus, Baiocensis ecclesiae decanus, et totus ejusdem ecclesiae conventus, praesentibus et futuris salutem in Christo. Ne cuiquam per nostri negligentiam aliquid accidat incommoditatis, iccirco quod in nostri praesentia factum est, scripto memoriaeque mandare et nostri sigilli subpositione roborare curavimus. Notum sit igitur omnibus quod Alexander, filius Teoldi, quando maritavit Emmam, filiam suam, Gervasio Forrel, dedit ei de feodo suo, quod jure haereditario apud Isingnie tenebat de Ricardo, Baiocensi episcopo, filio Sansonis, totum illud tenementum quod Milo Salvagius et neptis sua de ipso Alexandro apud Isingnie tenebant. Dedit, inquam, eo quidem tenore ut de praedicta Emma et de ejus marito feodum illud Milo Salvagius et neptis sua deinceps tenerent, et annuos redditus quoscumque Alexandro reddebant eisdem persolverent, et eis tanquam dominis suis servirent. Tempore autem Ricardi episcopi, filii comitis Gloecestriae, contigit quod praedictus Alexander dedit integre canonicis Sanctae Mariae Baiocensis ecclesiae totum feodum suum, quod habebat apud Isingnie, in communionem, scilicet et totum suum dominicum, et quicquid ab eo tenebatur ibi, et nominatim feodum Milonis Salvagii et neptis suae, ut scilicet Emma et maritus ejus in feodo tenerent ab eisdem canonicis feodum Milonis Salvagii et neptis suae, concessione episcopi, filii comitis, praeter servitia militum, scilicet Hugonis de Isingnie, et militum de Rupalai, quae retinuit episcopus in manu sua. Tempore autem Philippi episcopi, contigit quod Symon de Tornebu, nepos suus, qui tunc

temporis erat dapifer episcopi apud Nulleium, cepit catalla Milonis Salvagii in nostro quod prædictum est feodo. Nos autem, de hujusmodi injuria a Milone et ab Emma, domina ejus, clamorem ad nos tanquam ad dominos suos deferentibus querimoniam suscipientes, ad Philippum episcopum susceptam detulimus. Ipse autem misit prædictum Simonem in capitulum nostrum, ut nobis super hujusmodi injuria satisfaceret. Ille autem, ad libitum nostrum, et homini nostro, quæcumque abstulerat restituit, et nobis condigne de illata injuria satisfecit.